DE CARMINE ADVERSUS MARCIONEM QUOD IN TERTULLIANI LIBRIS TRADITUR COMMODIANO ABROGANDO.

INAUGURAL-DISSERTATION

VERFASST UND DER

HOHEN PHILOSOPHISCHEN FACULTÄT

DER

KGL. BAYER. JULIUS-MAXIMILIANS-UNIVERSITÄT WÜRZBURG

ZUR

ERLANGUNG DER DOCTORWÜRDE

VORGELEGT

AM 17. 10. 04

VON

ISIDOR KÖNIGSDORFER

AUS

BAAR.

BAYREUTH.

E. MÜHL'S BUCHDRUCKEREI.

1905.

DE CARMINE ADVERSUS MARCIONEM QUOD IN TERTULLIANI LIBRIS TRADITUR COMMODIANO ABROGANDO.

INAUGURAL-DISSERTATION

VERFASST UND DER

HOHEN PHILOSOPHISCHEN FACULTÄT

DER

KGL. BAYER. JULIUS-MAXIMILIANS-UNIVERSITÄT WÜRZBURG

ZUR

ERLANGUNG DER DOCTORWÜRDE

VORGELEGT

AM 17. 10. 04

VON

ISIDOR KÖNIGSDORFER

AUS

BAAR.

BAYREUTH.

E. MÜHL'S BUCHDRUCKEREI.

1905.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41507204_0032

Literatur.

Draeger: Historische Syntax der lat. Sprache I² 1878; II² 1881; Leipzig.

Kühner: Ausführliche Grammatik der lat. Sprache I 1877; II 1878; Hannover.

Neue-Wagner: Formenlehre der lat. Sprache I³ 1901; II³ 1892; III³ 1897: Leipzig.

Stolz: Historische Grammatik der lat. Sprache I¹, 2, 1895; Leipzig.

Forcellini: Lexicon totius latinitatis.

Georges: Lexicon der lat. Wortformen. Leipzig 1890.

Dombart Bern.: Commodiani carmina in cap. script. eccles. Vol. XV. Vindob. 1887.

Ludwig: Commodiani carmina. Leipzig; 1878.

Schneider Heinr.: Die Casus, Tempora und Modi bei Commod.; Erlanger Dissert. 1889.

Hanssen Friedr.: De arte metrica Commodiani; Strassburger Dissertat. 1881.

Wilhelm Meyer: Anfang und Ursprung der lat. und griech. rhythmischen Dichtung; der Versbau bei Commodian. Abhandl. der I. Cl. d. k. b. Akad. der Wissensch. XVII. Bd. II. Abt. p. 288.

Oehler Fr.: Tertulliani opera omnia, editio maior T. II, 781—798. Lipsiae 1854.

Hückstädt Ernst: Über das pseudotertullianische Gedicht ‚adversus Marcionem.' Leipzig 1875.

Oxè Aug.: Prolegomena de carmine adversus Marcionitas. Leipzig: Dissert. 1888.

Waitz Hans: Das pseudotertullianische Gedicht adversus Marcionem; Darmstadt 1901.

Oxè Aug.: Victorini versus de lege Domini. Ein unedierter Cento aus dem c. a. M., Programm des Gymnas. zu Crefeld Nr. 435, 1894.

Lucian Mueller: De re metrica, Lipsiae 1861. editio prima.

Wilh. Meyer: Über die weibliche Caesur des klassischen, lat. Hexameters und über lat. Caesuren überhaupt. (Sitzungsbericht der phil.-philol. u. histor. Classe d. k. b. A. d. W. zu München, Jahrgang 1889 B. I u. II. 2. Zur Geschichte des Hexameters. (Sitzungsbericht 1884 p. 1060—1065.)

Quorum in antiquis litteris latinis intellegens est incorruptumque iudicium, ii una voce omnes dicunt apud Romanos obscurius fuisse usque ad Catonis maioris aetatem carmen, quod Graeci vocant διδακτικόν; hoc paulatim efflorescebat laetius in diem, cum existeret Lucretius, cuius ex opere, quod inscribitur ‚de rerum natura' tanta eminet poetica facultas, ut in eo quod colebat genere imitatione eum consequi potuerit nemo. Postea autem hoc carminum genus maiore quadam copia et gloria florebat. Vergilius quidem, qui et ingenio et eruditione haud dubie ad carmina scribendi artem vocatus est, hoc genus carminum et explicavit et perpolivit. Atque ad horum poetarum, quosmodo diximus, aetatem ei carmini non defuit auctoritas sua et dignitas. Sed insequentibus saeculis inclinatum est. Nam poetae velut doctus ille Columella et ii, qui secuti sunt scriptores ecclesiastici, non per se, nullius vel adiumento vel auctoritate, carmina huius generis composuerunt, sed acquieverunt in imitando veteres carminis didactici auctores.

Nec minimus in eorum numero est Commodianus, qui in carmine apologetico de se ipse dixit v. 60—63: ‚nos autem de Christo docemus', et ‚Incertus quidam auctor carminis adversus Marcionem, nomine Pseudotertullianus, cuius mentionem fecit Julius Ziehen in „Zur Geschichte der Lehrdichtung in der spätrömischen Zeit" (Neue Jahrbücher 1898 I p. 406): „Die Bestimmung des Lehrgedichtes in allen seinen besseren Erscheinungsformen ist Popularisierung des von ihm behandelten Stoffes, Zweck der Lehrdichtung ist praktische Einwirkung auf die für den betreffenden

Stoff in Betracht kommenden Lebenskreise.“ De Commodiani nomine, vita, operibus quod a Dombartio in praefatione editionis suae Commodiani carminum luculentius digestum est, protinus ad Pseudotertullianum aggrediar.

De illius carmine adversus Marcionem Oxè accurate et copiose disputavit atque diligenter et subtiliter disseruit in eo libro, qui inscribitur: „De Commodiani et poetae incerti affinitate“. Multo uberius autem hoc carmen tractavit lic. theol. Hans Waitz, cuius libro titulus est: ‚das pseudotertullianische Gedicht adversus Marcionem.‘ In hoc libro Waitz non solum illa, quae ab Oxè posita sunt, argumenta confirmavit, sed etiam alia pluraque maxime ex re petita attulit. Tamen haud plane spero absonum fore novam hac de re instituere quaestionem, quia Waitz carmen adversus Marcionem a Commodiano conscriptum esse demonstrare conatus est. Itaque num auctor instructionum carminisque apologetici unus idemque sit atque poeta carminis adversus Marcionem, id disserendum mihi proposui commotus a Weymanio, viro doctissimo atque illustrissimo.

His praemissis ingrediamur rem ipsam. Quaestionis autem ordo erit hic, ut prior pars (A) in rem metricam cadat, altera pars (B) ad elementa et syntaxin grammaticae latinae pertineat.

A.

Positionis usum, quoniam a consuetudine ceterorum alienus non videtur, praetermittentes in vocalibus, quae solent poni a poetis modo correptae modo productae, cognoscemus non exiguam Pseudotertulliani licentiam. Haec apparet imprimis in vocali ‚a‘ finali, quae est in ablativo primae declinationis; quam saepe Pseudotertullianus corripuit. (cf. Oxè proleg. pag. 19: I 14, 16, 33, 43, 115, 147, 157, 230; II 13, 43, 139, 255, 268, 226; III 2, 24, 101, 165, 166, 253, 269; IV 18; V 147, 161, 250.) Etiam ad-

verbia et praepositiones in ‚ā' desinentia imminuuntur: contra II 21, extra IV 87, postea I 6, III 143, IV 194, V 149, 193. (cf. Lucian Mueller de re metrica pag. 341.)

‚u' qua ablativi et dativi quartae declinationis finiuntur, brevem invenimus in his vocibus: ambitu IV 20, manu V 143; spiritu I 34; II 35, 63, 247, 254; III 195, 218; IV 161, 165, 179, 210; V 251.

‚i' finalis corripitur in infinitivo passivo: superindui II 258, contegi II 259, dari II 260, circumdari II 261; et in ablativo adiectivi ‚par': pari V 73.

Quater nobis occurrit correpta ‚as' finalis: veritas II 186, nefas I 97, II 13, V 181, ter correpta ‚es' finalis: fames III 185, hostes III 153, daemones I 51; quod qua re factum sit, natura graeca et indole vocis (δαίμονες) haud scio an intellegi possit. semel ‚us' corripitur: spiritus (genet. sing. I 94).

Demonstravimus morem Pseudotertulliani in corripiendis finalibus. Jam videamus de productis in arsi, imprimis in caesura sub ictus vi. Tali ratione posuit alterius et tertiae declinationis substantiva producta finali: operē I 103, II 59; laterē II 181, 191; equitē III 92; comitē III 234, cinerē IV 88, gentē V 116, numerūs IV 198; populūs III 94; opūs I 62; opibūs I 137; hominis I 210, sceleris I 175; porro infinitiva tertiae et alterius coniugationis: oporterē II 258, detraherē IV 9, gererē V 182; denique substantiva et adiectiva primae et alterius declinationis: anima I 192, 210; pecora II 100; folia II 233; magna II 242; multa III 217; mala IV 56; certa IV 199; illicita V 20; restant verborum formae, in quibus producta videtur sub ictus vi aut incisionibus versus brevis finalis: suasit I 28, dedit I 184, gemuit I 214, aptavit I 231, capit V 183, necat II 90. Extremum est, ut istas voces afferamus, in quibus syllabas, quae non ad flexionem pertinent, contra bonorum usum poetarum Pseudotertullianus tractavit. Oxè (proleg. pag 19 II) enumerat has: athleta II 163, idola I 10, III 144; ecclesia II 42

(190), 194; III 236; sabbata II 207; fient II 229; enecare IV 44, coperire I 136, II 11, 91, III 116, IV 13, V 174, 213; cohaerere IV 201, aemulamentum IV 10; praeterea inveni: fata II 44; evangelium II 56, IV 102 (cf. Theod. Birt: Sprach man avrum oder aurum und prosodia von evangelium und Eva in lateinischen Versen, Rhein. Mus. L II Ergänzungsheft 1898 pag. 53), conubium V 57, 84, poteritis II 69, poterimus III 220, defuerunt II 212, docere IV 100: ita Oehlerus proposuit; Ricinus posuit: ‚docet', Pamelius ‚dicat', Fabricius ‚decet'. Reperimus igitur in prosodia quidem ab Pseudotertulliano adhibitam non exiguam licentiam, sed non dubitamus assentire Luciano Muellero docenti in prooemio libro suo praemisso pag. 12 haec: ‚et hercule poetae cum classici tum christiani, ubicunque artis iniciunt suae mentionem eam a magistris acceptam et scholicis legibus circumscriptam autumant nec licere ob regulae firmitatem certum pro singulis metris syllabarum temporumve excedi numerum. Quodsi tamen admittatur, fore id non licentiae sed vitii.' Ac mihi quidem accurate intuenti visum est Pseudotertulliani consuetudinem versus faciendi diligenter spectare ad mensuram syllabarum et quantitatem remotis scilicet omnibus his vitiis, quorum causa illis temporibus, quibus poetae minus diligentius regulae firmitate usi erant, attribuenda est. Sed longe aliter in versibus faciendis se habet Commodianus, cuius ratio continetur studio non modo utendi numero syllabarum, sed potius certo vocis sono, id quod germanice significatur ‚accentuierend und quantitierend'. Cum autem de illius arte metrica Hanssen et Guilelmus Meyer satis copiose disputaverint, ego satis habeo, quae huc pertinent, ea breviter commemoravisse.

Unusquisque versus, qui a tredecim syllabis crescit usque ad septendecim, caesura ea, qua post quintum semipedem finitur verbum, habet duo hemistichia. Prius autem, quod ad quintum pertinet semipedem hemistichium, cuius est forma $\overset{1}{\underset{\smile}{-}} \overset{\smile\smile}{__} \overset{2}{\underset{\smile}{-}} \overset{\smile\smile}{__} \overset{3'}{\underset{\smile}{-}}/'$ est e quinque aut sex syllabis ita, ut vocalis in thesi pedis secundi longa sit po-

sita $\overset{2'}{_}\ _\ \overset{3'}{_}/'$ aut e sex aut septem syllabis ita, ut secunda in thesi alterius pedis syllaba brevis appareat $\overset{2}{_}\ \breve{\ }\ \breve{\ }\ \overset{3}{_}/$. Exempla huic rei firmandae apposui. Carm. apol. A 45

$\overset{1'}{}\quad\overset{2'}{}\quad\overset{3}{}$
ēt nēmō scĭbāt / Dominum

$\overset{1}{}\quad\overset{2'}{}\quad\overset{3}{}$
A 1 Quĭs pŏtĕrĭt ūnum

$\overset{1}{}\quad\overset{2}{}\quad\overset{3}{}$
A 355 Māxĭllāsquĕ mĕas

$\overset{1}{}\quad\overset{2}{}\quad\overset{3}{}$
A 5 Plūs ĕrām quām pălĕă.

Contra poeta in thesi secundi pedis syllabam natura longam, non positione, primam posuit pro brevi $\overset{2}{_}\ _\ \overset{3}{_}$;

$\overset{1}{}\quad\overset{2}{}\quad\overset{3}{}$
A 671 lēx ēt prōphētaē dŏcent.

Obtinet autem ferme incisio semiquinaria virilis, quae ita hexametrum incidit, ut prior pars desinat in syllabam communem. Alterum autem hemistichium constat ex octo aut novem aut decem syllabis. Cuius in quinti pedis thesi Commodianus eandem legem atque in secundi pedis thesi observavit. Neque tamen hanc normam, quam sibi proposuisse videtur, satis constanter esse secutus videtur, ut Hanssen demonstrat § 17, 20, 22 et Guilelmus Meyer pag 293, 294. In ceteris versus pedibus non lex succedit quantitatum, sed mira potius inconcinnitas, quae iusta plerumque norma careat, ut Luc. Muelleri verbis utar (de re metr. pag. 448). Neque igitur ad veritatem adducere hoc Waitz mihi videtur, qui scripsit in pag. 150. „Falsche Silbenmessung findet sich ausserordentlich häufig, zuweilen mehrfach in einem Verse, gerade wie bei Commodian.“ Sed Commodianus, quem non eisdem quantitatis legibus uti vidimus atque priores poetas et eum, qui illorum vestigia pressit, dico Pseudotertullianum, etiam ab hoc discrepat vocum quarundam quantitate. ‚Āqua, quōque‘ enim ubique posita sunt ita, ut prima syllaba utriusque vocis producta sit. Hanssen addit exempla haec p. 39:

A 41: Non solum hoc fecit: / et Noe sub tempora quōque

A 271 Salomon quōque / tam aperte

A 844, A 875 instr. I, 16, 8.
A 161 Dicitur et legitur, Noe liberatus ab äqua.
A 659, A 691. Nusquam hoc legimus in Pseudotertulliani carmine.

Locus hic videtur esse demonstrandi consuetudinem Pseudotertulliani in nominibus propriis tractandis et latinis et peregrinis; in nominibus latinis ille omnem curam adhibuit ac diligentiam. Legimus: Aūgūstī V 140, Marcus I 165, II 61; Paulus II 29, 47, 52, 120, 184, 189, 241, 257; III 232; IV 31, 42, V 72; Pētrus III 276, 292; Pius III 294; Sixtus III 282; in Clēmens III 280 graecanica quantitas vocis Κλήμης valere videtur; ter ausus est ponere: Marcĭŏn (is, em) I 141, 144, III 297 /: cf. Μαρκίων, ωνος :/. Eadem ratione in nominibus propriis mere graecanicis maluit adhibere quantitatem graecam: Cerdō(ne) I 141, III 287 /: Κέρδων, ωνος :/; Clētus /: Κλητὸς :/ III 278, Anacletus /: Ἀνακλητὸς :/ III 279, Eūārīstus /: Εὐάριστος :/ III 281; Alexander /: Ἀλέξανδρος :/ III 282, Anicetus /: Ἀνίκητος :/ III 296, Gălătae /: Γαλαταί :/ II 48, 52, IV 41; Hyginus /: Ὑγῖνος :/ III 293, Hērmās /: Ἑρμᾶς :/ III 294, Lĭnus /: Λίνος :/ III 297; Lucas /: Λουκᾶς :/ II 61. Nominum autem propriorum hebraicorum plurima eam, quam in lingua Graeca habent, quantitatem servavisse videntur atque peregrinum accentum: Abraham /: Ἀβραάμ :/ III 6, 29, IV 144, Adam /: Ἀδάμ et Ἄδαμος :/ II 160, 185, 202, V 230, Aaron /: Ἀαρὼν :/ IV 117; Debbora /: Δέββορα :/ hebr. Deborà cf. Forcellini, lexicon onomasticon III 103; Dăvid /: Δαυίδ et Δαβίδ anceps cf. Forcellini lex. onom. :/ III 130; Dănĭēl /: Δανιήλ :/ III 201; Enoch /: Ἐνώχ :/ III 16; Jacob /: Ἰακώβ :/ III 34, Joseph /: Ἰωσήφ :/ III 37, V 145; Gedeon /: Γεδεών :/ III 81; Josias /: Ἰωσίας :/ III 142; Helias /: Ἠλιάς :/ III 149, 162; Nāvē /: Ναβή :/ III 67; Noe /: Νῶε :/ III 23, Abel /: Ἄβηλ :/ III 14; Jōrdāne (abl.) /: Ἰορδάνης :/ III 165, V 221; /: II 79 usurpat formam hebraicam ‚Jordan' cf. Forcellini lex. onom. :/; Mărĭam /: Μαρία :/ IV 181, V 145; Jesus /: Ἰησοῦς :/ II 79, III 67; Ēsăĭās /: Ἡσαΐας :/ III 173; Jesse /: Ἰεσσαί :/ IV 180; Jeph-

tha /: Ἰεφθά :/ III 110. Mutaverunt autem quantitatem: Baal III 108 /: syllabae ‚aa' sunt ancipites cf. Forcellini lex. onom. :/. Cherubim IV, 119, 189 /: Χερουβίμ :/; Johannes /: Ἰωάννης :/ II 61, 108, III 219, IV 139, 202; Lāzārus /: Λάζαρος :/ IV 107; Hēlīsēus III 161 /: Forcellini: Helisaeus, Heliseus, Eliseus :/; Hēbĭŏn (i) III 168 /: Ἐβιών :/. Contra autem apud Commodianum in nominibus propriis imprimis hebraicis satis constat nullam quantitatis legem valere. /: cf. Hosius de nominum propriorum apud poetas latinas usu et prosodia. Neue Jahrbücher für Philol. 151 /: 1895 :/ pag. 108. :/.

Quod paucis exemplis probari satis erit:

A 345 Hoc Malachiel canit /

A 626 Et canem ut Simoni / diceret

A 291 Exurget in Israel / homo

instr. I 39, 7 Déindé Thamar /: Θάμαρ :/.

Praeterea apud Commodianum non indignum est memoria illas nominum propriorum formas poni ubique: Johannem A 222, Malachiel A 345; Moyses /: Μωϋσῆς :/ I 2, 5, 38, 4; A 48, 60, 192, 275, 334, 518, 522, 536, 772; cum Pseudotertullianus ubique scripserit: Joannes II 61, 108; III 219; IV 139, 202; Moses /: Μωσῆ :/ II 169, III 48, IV 27, V 217; Malachim III 198 /: cf. Oxè, Cento pag. 17 :/. Ex quo magis emergit hoc minime Waitzium accurate inquisivisse, qui pag. 151 dicit: Wie Commodian, beobachtet auch er bei Eigennamen nicht die Quantität und betont bei hebräischen Namen mit Vorliebe die Endsilbe '. Omnino recte quidem de Commodiano iudicavit Gennadius capite XV catalogi virorum illustrium: ‚Commodianus . . . scripsit mediocri sermone quasi versu adversus paganos. Unde et de divinis repromissionibus adversus illos agens vili satis et crasso, ut ita dicam, sensu disseruit'. Atque haec quidem Gennadius.

Priusquam autem ad caesuram transeam, afferre mihi liceat, quod de hac re docet Guilelmus Meyer in: Über

die weibliche Caesur des klassischen latein. Hexameters und über lat. Caesuren überhaupt /: Sitzungsber. p. 233: ..... Etwa $^5/_6$ von allen klassischen, lateinischen Hexametern haben Caesur nach der Hebung des 3. Fusses; etwa $^1/_6$ haben Caesur nach dem Trochaeus des 3. Fusses; welche Caesur aber verbunden sein muss mit der Caesur nach der 2. und 4. Hebung zugleich. Endlich finden sich Verse ohne jeden Einschnitt im 3. Fuss, aber mit dreifacher Caesur nach der 2., vor der 3. und nach der 4. Hebung .... Idem dicit in: Zur Geschichte des griech. u. latein. Hexam. p. 1044: Wie Lucian Mueller p. 187 den Satz aufstellt ‚apud veteres metri rationes ubique potiores habentur quam sensus' so achte auch ich mehr auf die Formen als auf den Sinn d. h. die Sinnespause oder die Interpunktion."

Pseudotertullianum autem in hac re optimorum aureae argenteaeque aetatis poetarum regulas, quas modo dixi, secutum esse demonstrabo. Nam caesurarum longe usitatissima est in eius carmine caesura semiquinaria virilis, qua in versibus 1302 plus quam 1040 dividuntur, cum quintam fere versuum partem /: 260 :/ sibi vindicent ceterae incisiones. Quorum in numero sunt etiam versus, in quibus ea sede, qua legitime ponitur caesura, constet initium verbi, cui iungetur per elisionem praecedens. /: I 43, 142; II 25, 190; III 231; IV 112, 206, 212; V 40, 185, 100 :/ /: cf. G. Meyer, Sitzungsb. 1884 Zur Geschichte des Hexam. pag. 1046: Ich habe mich dem Urteile Ritschels angeschlossen und angenommen, daß in Versen wie crudelem medicum intemperans aeger facit die Cäsur nicht fehlt, sondern nur verdunkelt sei :/ Altera fit caesura in tertio trochaeo ita, ut antecedat incisio post arsin secundam, sequatur hephthemimeres; in summa enumeravimus hos versus 115.

Versus autem, in quibus septenaria cum semiternaria coniuncta posita est sine caesura tertia trochaica, inveni hos: I 64, 88, 115, 141, 144, 154, II 18, 23, 26, 65 (209), III 104, 117, 186, IV 54, 141, 220, V 17, 20, 42, 88, 160. Restat, ut eos versus, qui discrepant a communi regula,

afferam: In versibus I 233, III 20, 198, 232, 270 ad fulciendam divisionem semiternarium neque trithemimeris adhibetur neque hephthemimeris neque bucolica distinctio. Sola fit caesura semiseptenaria in vers.: II 56, V 61, 62, 226, 228, 233. Incisio post secundam arsin cum hephthemimere coniuncta est in III 191. Duos autem versus habet Pseudotertullianus, qui caesura egent III 215, V 230 /: cf. Luc. Mueller, de re metrica p. 194 :/. Jam videamus Commodiani in hac re consuetudinem. Nullam aliam ab eo adhibitam caesuram invenimus, ut supra pag. 8 demonstravi, nisi caesuram semiquinariam virilem. ceterae incisiones, quae in Pseudotertulliani libris inveniuntur, nusquam nobis occurrunt, id quod in hac quaestione iudicanda maximi momenti est et ponderis.

Similiter res se habet in hiatu. Hunc quadragies admisit Vergilius, Pseudotertullianus octies: I 215 requiem haec; III 174 verbum dei ore profudit; III 195 Spiritu implicitus; III 197 atque Naum Habacuc /: cf. Oxè Cento p. 19 A. 6 :/; V 43 numero alienos; V 31 Quisnam ergo deus; V 107 homo hominis; V 142 Idem hoc rex /: cf. Oxè Cento p. 19 Abs. 6 :/. Rursus autem constat Commodianum ratione hiatum non evitasse, quod comprobatur clausulis velut A 34 beluo arcum adesse; A 90 nomine adsit, sed ubique admisisse. Ex hoc apparet quanta diversitas sit inter Pseudotertullianum et Commodianum etiam in hac re; itaque refutandum esse mihi videtur, quod Waitz scripsit pag. 152: „Ebenso wenig wie diesen /: Commodian :/ genierte auch ihn der Hiatus."

Elisiones, ubi soleant statui in versu Pseudotertulliani, inquirere fructum habere non ita magnum mihi videtur. Qua de re omissa tali quaestione ad exitum hexametri tractandum properemus. /: cf. M. Manitius: Über Hexameterausgänge in der latein. Poesie; Rhein. Mus. 46 :/ 1892 /: p. 622 :/ Pseudotertullianus versus quos scripsit fere cunctos vocibus aut trisyllabis aut dissyllabis con-

clusit; nusquam occurrit trissyllabum aut iambicum monosyllabo sequente, qua re efficitur, ut hoc quoque in exitu accentus metricus concinnat cum naturali. Exeuntis igitur hexametri leges Pseudotertullianus religiosissime observavit, cum bis tantum magnam licentiam sibi indulserit in duobus versibus his: V 131 homo^{5} pati ut omnes; I 129 pingues^{5} et odores^{6} /: cf. Oxè Cento p. 19 Abs. 7: Ebenso ist pingues et odores gefälscht und muss et pingues odores gelesen werden :/ Qua in re dignum videtur, quod accuratius exponatur, quomodo se egerit Commodianus. Plurimi quidem versuum cadunt in vocabulum aut trisyllabum aut disyllabum et quidem ita, ut plerumque consentiat accentus naturalis cum metrico /: cf. Guilelmus Meyer, Versbau und Wortaccent bei Commodian p. 301/302: Quamquam autem illum regulam scholicis legibus circumscriptam observasse satis constat, tamen syllabarum quantitatem ne in secundi hemistichii quidem clausula curavisse illum exemplis probatur his: instr: II 32, cordis^{5} relinquat^{6}. A 27 datas^{5} a Summo^{6}; A 42 nemo^{5} quaerebat^{6}, A 94 spiritus sanctus; A 220 diciplinae caelestis. Sed iam desinam.

Ex eis enim, quae de re metrica singillatim exposuimus, satis dilucide apparebit, quam diversus color Commodiani necessario sit a more carminis a Pseudotertulliano conscripti et in rei metricae gravitate et in universa versuum structura. Nam hae, quae inter utriusque poetae carminum rem metricam intercedunt, differentiae, mensura syllabarum atque quantitas, exitus hexametri, incisio, hiatus, tantum valent ad eam quam Waitz professus est, opinionem refellendam, qua fretus uni eidemque poetae carmen adversus Marcionem et instructiones carmenque apologeticum vindicare ausus est. Etenim differentiae illae sunt graves atque adeo graviores, cum Pseudotertullianum constet omnibus intentis viribus id appetivisse, ut in arte metrica elegantiam atque curam bonorum poetarum assequeretur et elegantes numeros dactylos politis

imitaretur hexametris, Commodianum in carminibus hexametris usum esse confectis ad artis metricae tam insolutae et novae normam, ut Lucianus Mueller /: de re metr. p. 448 :/ recte iudicaverit: Non licet certis legum circumscribi finibus, quae contemptu ferme oriuntur regularum!

Ad extremum hoc loco moneo et refuto Waitzii argumentum, qui censuerat pag. 150: Aber er gab dem populären Verse den Vorrang, jedenfalls, weil er ihm eine kräftigere Einwirkung auf die Leser beimass. Fiel aber dieser Grund nicht ins Gewicht, so konnte er ebenso gut ein klassizierendes Versmass wählen, als mutatis mutandis Goethe neben den Knittelversen auch den Hexameter anwandte. Equidem moneo: Deesse in litterarum Romanarum historia exempla, quibus comprobetur, unius eiusdemque poetae artem metricam in versu heroico non aequabilem fuisse per omnia carmina in versu heroico conscripta, sed eiusdem poetae versus posteriore tempore compositos laxioribus legibus oboedire quam priore tempore scriptos.

B.

Verum quidquid auctoritatis his rei metricae differentiis tribueris, multo maius earum est causarum pondus, quibus commotus carmen adversus Marcionem et instructiones carmenque apologeticum eidem poetae non adscripsi. Quas ut augerem causas, denuo Commodiani carmina ita lectitavi et cum Pseudotertulliani carmine contuli, ut quantum discriminis inter utriusque genus dicendi intercederet, perspicerem. Jam singula perspiciamus elementa grammaticae.

‚Apud Romanos idem evenit, quod semper alibi, ut quo longius procederent temporum spatiis, eo plura et nomina verborum et formae evanescerent ex usu . . . Jam posterioris aetatis auctores ut in metris ita in dictionibus pleraque pedestri sermone insolita auctoritate priorum admisere, pauca ipsi novantes . . . . Praecipue autem cum

christianorum plerique plebis in usum sua componerent haudquaquam ipsi insigni loco nati, saepe dubium evenit, a polito sermone aliena vulgine ex usu an docta vetustissimorum auctorum aemulatione adhibuerint'. Quae verba Luciani Muelleri /: de re metr. p. 375/76 :/ mirum quantum convenisse in Commodiani sermonem, in Pseudotertulliani sermonem non convenire nemo negabit, qui perlegerit haec: Primum quidem incidit nobis id, ut pronominum de legitima declinatione deflexisse Commodianum constet multis exemplis. Genetivi formam ‚ulli' pro vulgari ‚ullius' invenimus in A. 908 /: cf. Schneider, Casus, Tempora, Modi b. Comm. pag. 20 :/. Pro forma autem ‚nulli, soli, uni, utrique' scriptum videmus in II 22, 13; A 136: nullo; A 93, 106: solo /: cf. I 2, 10 soli :/; 1 19, 3; 33, 9: uno; II 11, 3 utroque /: cf. Georges Lexic. der lat. Wortformen :/ /: cf. Neue II^3 527, 28, 29 :/. Pro ‚aliud', illud positum est ‚alium' in II 10, 10; ‚illum' in II 22, 5; item II 25, 9; A 552 ipsud adhibitum est pro vulgari ‚ipsum'. In A 359 genetivi forma ‚neminis' pro ‚nullius' legitur; in I 16, 4 utrûmque = utrorumque. /: cf. Georges, Lex. d. l. Wf. :/; In nominativo femin-plural. forma ‚haec' pro ‚hae' usurpata est (II 1, 4). In adverbiis notabo Commodianum dixisse ‚isti' /: I 26, 9 :/ pro ‚istic' /: cf. Georges :/, tum pro ‚deinde' aliquando imminuta usum esse forma ‚dein' /: I 7, 17; 34, 12 :/.

Sed nusquam has, quasmodo dixi formas usurpavit Pseudotertullianus. Sed iam contemplemur verba, quorum perfecta et Commodianus et Pseudotertullianus seu usu communi seu necessitate metrica imminuere solent. Ex exemplis enim allatis dilucide apparebit, quam diversus sit color inter utriusque sermonem. Nam cum hic ter tantum usurpaverit has formas imminutas: II 37 penetrastis, V 52 cessasset, III 262 subisset ille indulsit contractioni plenae formae in perfectis ante ‚s' consonantem: I 11, 11 amasse; I 18, 2 praeterisse; I 22, 6 scisse; I 26, 27 perisse, A 55 ordinasse, A 137 nosse I 3, 1 exornasset; I 26, 27 exisset; II 15, 3 declamasset, A 287 prosillisset, A 288

ordinasset: I 22, 15 intrastis; I 26, 35 renovastis; I 30, 14 operasti; I 32, 8 adorasti; I 32, 8 peristi; II 5, 5 nosti; II 9, 9; 25, 13 peristi(s); II 14, 8 putastis; II 16, 8 renuntiasti; II 24, 7 fenerasti; II 31, 8 nosti; II 32, 13 petisti; II 33, 6 nosti; II 37, 1 parasti; A 743 audistis; Praeterea adhibuit A 357 subiit; II 38, 4 petieris. Rursus autem, cum Commodianus tertiam plural. contractam raro posuerit (I 3, 9) II 1, 18; II 3, 8; II 10, 5 fuere; I 7, 13 fecere; I 3, 6 misere; II 1, 13 trucidarunt; II 17, 10 perierunt; A 544 cruciarunt; Pseudotertullianus inservivit usui — avere — evere aut — arunt adhibendi. II 85 celebrarunt; III 260 locarunt: II 62 conscripsere; III 123 potuere; III 152 deseruere: III 187 duxere; III 200 meruere; III 210 contempsere; III 229, 231 audivere; videre, tractavere, convixere; III 271 firmavere; III 272 successere: III 274 tribuere; III 267 cecinere; IV 108 permansere; IV 154 patuere: IV 171 tenuere; IV 183 subiere; IV 200 cecinere; IV 215 cecinere; IV 321 finxere; IV 224 amisere; IV 232 instituere: IV 232 dedere; V 124 venere; V 125 agnovēre; V 176 patuere; V 177 timuere. Semel dixit petiit /: III 162 cf. V 117 petivit :/ et III 248 portarit. Multo autem magis nonnemo commoveatur eo, quod auctori instruct. carminisque apologetici placuit saepissime a legitima verborum coniugatione digredi et ad sermonem vulgarem aspirare, quod comprobari puto his exemplis: I 31, 1; 39, 5 intuite /: cf. Georges, Lex. d. l. W. :/, II 20, 13 ‚intuis' pro forma deponentiali verbi ‚intueor'. II 35, 16 respondis /: cf. Georg. :/; I 35, 9; II 20, 9 pendit /: cf. Georg. :/, II 29, 9 sorbitis /: cf. Georg. :/; I 4, 7 sorpsit /: cf. Priscian. 491, 13 :/, A 1025 fervunt /: Georg. :/, A 949 lugunt /: Georg. :/; II 32, 10 lugĕre /: Georg. :/, II 4, 11 mereunt /: Georg. :/, II 27, 1 exercite /: Georg. :/, II 7, 8 delinquet, A 996 cadet, I 22, 14 consulete, III 2, 13 furet, A 120 capebat /: Georg. :/, A 46 scibat /: cf. A 172 sciebat :/; I 41, 10 tremebit /: Georg. :/; A 907 venibunt /: G. :/; II 7, 15 cupire /: G. :/; II 26, 3 fugire, II 18, 21 fugîte /: G. :/; I 33, 7 refugîte, A 201

desinuit /: G. :/; I 36, 6 occisit /: G. :/; disparsit, A 287 prosilisset /: G. :/; II 20, 19 distensus, I 18, 16 finctus /: G. :/; A 101, 672 etc. absconsus /: G. :/. Porro sunt singula in Commodiani carminibus, quae ad ipsas verborum radices pertineant et ab usu optimorum scriptorum recedant. Nam ‚xanctus' /: I 35, 21; II 19, 21 in acrosticho :/ secundum rusticam pronuntiationem scriptum esse pro ‚sanctus' inter omnes convenit /: Georg. :/. Eorundem erat rusticorum ‚au' diphthongum obscurare in ‚u', cuius usum inter alia exempla profert Corssen, Aussprache I 661; A 388 clusissent; A 674 cluserunt. Praeterea notanda sunt vocabula I 7, 8 aduliscens /: G. :/, II 16, 17; II 18, 4; II 19, 16 Zabulus pro diabolus. Sed Pseudotertullianum tanta licentia abstinuisse omnino videmus exceptis his locis II 178 necuit /: cf. Priscian. 470, 14 :/, III 135 sponderat /: cf. G. :/.

Transeamus ad verborum conformationem. De deminutivorum vi ac significatione cum a plurimis tum a Stolzio, histor. Grammat. d. lat. Sprach. I¹ 2 1895, Leipzig et a Kühnero, Ausführl. Gramm. d. lat. Spr. I 661—667 sit disputatum, nihil est, quod eandem rem explanem, sed satis habeo haec monuisse. Quamquam autem deminutivis non modo minuitur vis alicuius vocabuli, sed etiam augetur, tamen cum frequentissimus fuerit eorum usus in cotidiano sermone, factum est, ut mox a simplicibus non differrent. Quot qualibusque deminutivis uterque usus sit, ut demonstrem, conferre iuvat singulos locos, quos ut discrimen clarius perspiciatur, omnes deinceps enumerabo. Apud Pseudotertullianum inveniuntur haec: II 54, IV 48 parvulus, III 231 viticula, V 164 signaculum, I 130 umbraculum umbra. Cum igitur auctorem carminis adversus Marcionem tales formas non amare satis constet, multo frequentius usurpavit eas Commodianus ita quidem aliquando, ut facile propriam deminutionis vim abesse in eis cognoscatur, quibus adiectivum, cui deminutionis vis est, aut simplex aut ipsum deminutivum additum est. Ita res se habet in ‚parvus

libellus' (I 22, 13; II 39, 25). Alia substantiva deminuta suppeditat Commodianus in versibus his: I 6, 2 parvulitas; I 7, 1; A 116 circulus; I 9, 3 saccellus; I 9, 5; A 611 sacculus /: cf. II 8, 12 saccus :/; I 9, 4; II 36, 7 pauperculus; I 20, 7 vasculum /: cf. Stolz, hist. Gr. d. l. Spr. I 2 p. 578 :/; I 22, 13; 25, 19; II 39, 25 libellus; I 31, 6; 30, 16; II 22, 11 pusillus; II 18, 5 speclum /: cf. Priscian. I 125, 9 :/, II 19, 11 comula; II 26, 6 filiolus; A 116 pugillus; 147 pustula, 167 loquella, 429 titulus /: = locus, cf. indicem Dombartii :/, 509 puella /: = mulier adulescens cf. ind. Domb. :/, 600 plusculum, 904 facula, 1032 osculum, I 20, 3 aediculae, I 18, 18 sigillum /: simulacrum cf. ind. Domb. :/.

Hoc loco id compositionis genus spectandum est, quod praepositione ‚de' efficitur, quodque plerumque ad genus cotidiani sermonis accedere solet. Illius enim sermonis proprium est dilucida ac significantia, quin etiam superfluentia verba arripere, cum sermo eruditus ac perpolitus orationis luxuriam stilo depascat, ut Ciceronis verbis utar /: de orat. 2, 96 :/. Demonstrabo autem Commodianum descendisse ad cotidianum sermonem, Pseudotertullianum ad eruditum aspirasse exemplis his: Commodianus scripsit instr. II 2, 10 delingere = lambere; I 5, 3 deludere = vitiare; II 29, 12 denudare = spoliare; A 335 denuntiare = praedicere; A 691 deperire = perire; I 9, 1 depingere = pingere; II 24, 11 deplorare = plorare; A 338 deponere = ponere; A 63 deportare = portare; A 641 derumpere = rumpere; A 243 devenire = venire; II 16, 14; 16, 25 devitare = vitare; A 361, 920 adinvenire = invenire. Contra autem apud Pseudotertullianum omnia verba cum praepositione ‚de' composita habent auctam verborum simplicium vim. II 42 decurrere; II 23, IV 6 deducere, II 101 decremare, II 156, V 89 deperdere, II 165, 167, 267, III 109, V 38 devincere; III 144 destituere, destruere; III 168 detinere, IV 9 detrahere. Quid quod Oxé animadvertit Pseudotertullianum maluisse verbum simplex adhibere quam compositum? /: Cento p. 20 :/

cernere = discernere, glutitus deglutitus, gressus ingressus, suasus = persuasus, parere apparere. Et inde sequitur, ut auctorem carminis adv. Marc., qui et deminutiva et verba cum ‚de' composita raro adhibuit, minime verisimile sit unum eundemque esse atque auctorem instructionum, qui, ut ipse ait, /: I 1, 7 :/ civicae turbae h. e. indoctorum hominum in usum librum suum edidit.

In syntaxi de substantivis et adiectivis nihil afferri potest, quod pluribus verbis persequamur. Namque in substantivorum genere et adiectivorum neuter poeta ab eo dicendi usu, qui istis temporibus erat, recedit. Jam vero, quae huc spectant, contemplemur. Ac primum quidem in pronominibus debet quaestio versari, quod plurimum differunt inter se in illis tractandis ambo poetae. Imprimis incidit nobis, ut amaverit Commodianus pronomina cumulare et saepe quidem sine aliqua causa. Atque ex multis exemplis pauca praeclara affero: A 265—266: Nam lapis inmissus ipse est . . . Crederet in quo qui is haberet vitam . . . . A 48—50: . . Ad loquitur . ., quem Moyses enuntiat ipsum; ipse dedit legem . . ., et quis esset, Dominus ipse se praedixit ab illo. A 180: Non ille te damnat, sed tu tua sponte te damnas. A 581—582: Quod si nec ipsi volunt . . . Deum, ipsi, sibi reputent, quo venerint, illo quo nolunt. I 12, 9—11: Ex eo bis natus Dionysus ille vocatur, religio cuius . . falsa curatur, bacchantur et illi, qualis nunc ipsi videntur, et alia: A 293—294; A 617—620; 105—109; 386; 190; I 27, 16; I 21, 4; I 38, 5/6; I 18, 12—16; 18, 19—20; I 17, 10—11; II 1, 10—13; II 23, 7. Nusquam cumulatorum exempla pronominum legere memini apud Pseudotertullianum excepto uno loco V 33 Hunc quem nemo prius norat, hic venit ab alto?, ubi metrica necessitate, ut opinor, coactus est. Deinde autem plura multoque maiora argumenta illud praebet, quod apud Commodianum comparatum cum Pseudotertulliano pronomina ‚is, hic' cedunt, pronomen ‚ille' usu praevalet et tam frequenti quidem, ut saepe ad vim articuli redactum esse videatur.

Exempla huic rei firmandae affero haec: I 3, 3—13 Legitima cuius spreverunt illi dimissi, tanta fuit forma feminarum, quae flecteret, illos, . . rebelles ex illo contra verba Deum misere. Altissimus . . misit in illis, mortales et illi mortuos . . ponebant. Non censuit illos recipi . . . II 3, 3 Resurgimus illi, qui fuimus illi devoti. II 1, 45 Ut . . et illi refrigerent, quos malus ille . . suasit. adde: I 11, 15—16; I 27, 16; I 41, 5—6, II 11, 6. A 106 illa sunt secreta solo Deo nota caelorum; A 192/93 Deus illos eiecit . . per quem dedit illis legem . . . A 219, 252, 561, 292, 376, 387, 459, I 35, 15—16, II 3, 3; II 3, 6, II 16, 18, II 20, 18; II 34; 2 et alia . . ‚ille qui', plane ad simplicis relativi vim revocatum esse existimari debet. Item abundanter, at non frequenter adhibentur pronomina ‚hic, is, iste', quae in universum inter se non iam contraria esse videntur /: cf. Draeger, hist. Syntax I p. 87: Im Spätlatein, wo der Gebrauch der pronomina demonstrativa immer schwankender wird :/. exempla prostant in A 34: si nihil inquiras, hoc est beluarum adesse: porro A 41, 70, 121, 133. A 507, 437, 303—304; 499, 511—12, 667, 934. et quae sunt reliqua. Sed aliter re se habet, si usum pronominum ‚ille, hic, is, iste' spectamus apud Pseudotertullianum, qui aut numquam aut rarissime a bonorum consuetudine scriptorum recedit. Cuius in carmine praevalet atque usitatum est pronomen ‚hic', in Commodiani carminibus pronomen ‚ille'. Pseudotertullianus quidem usurpat ‚hic' fere centies et vicies, Commodianus fere nonagies. Pseudotert. ‚ille' tricies, Comm. ‚ille' ducenties octogies. Pseudotert. ‚is' undecies, Commod. ‚is' quinquagies. Pseudotert. ‚iste' ter tantum, cuius ab usu abhorrere videtur /: II 77, IV 44, 109 :/, Commodianus ‚iste' sexagies. Relinquitur ergo, ut iterum moneam pronomina demonstrativa adeo a Commodiano adamata esse, ut, quam diversus sit color illius a Pseudotertulliano, primo aspectu in legendo intelligi possit.

Praeterea apud auctorem instructionum invenitur in enuntiatis negativis pronomen ‚aliquis' pro ‚quisquam', quam

in rem affero I 6, 13. Illum non aliquis prophetavit . . .; II 35, 18 exorat ille Altum . . ne pereat aliquis; A 608 Nec Deus est illis aliquid nisi saeculi vita /: cf. Draeger I p. 91: Im Spätlatein wird der Gebrauch von aliquis im negierten Satz noch gewöhnlicher :/. Sed apud Pseudotert. ‚aliquis' non positum est nisi in sententiis positivis.

Haec omnia quam vehementer abhorreant a sermone Pseudotertulliani, non est, quod longius disseram. Jam vero adverbia spectemus. Nonnemo commoveatur usu adverbiorum ‚unde, inde', quae pro ablativo causae et originis ponuntur aut pro praep. ‚ab' vel ‚ex' cum ablativo pronominis relativi usurpantur. Adverbii ‚unde' enim usum apud Pseudotertullianum rarissimum esse /: bis tantum: III 45, V 120 :/, apud Commodianum frequentissimum esse videmus. ‚Unde' respondet ‚quibus rebus' II 17, 10; I 6, 22; 10, 5; 14, 1; 37, 2; II 6, 8; A 55. u. = quamobrem I 26, 4; 28, 12; 39, 6; II 23, 11 A 773. unde proprie habet significationem loci et originis I 24, 6; 24, 6; 35, 12; 35, 15; 36, 1; II 30, 5; A 322; 540; unde ad res refertur II 22, 6; 22, 14; 30, 8; 31, 11; II 24, 2; unde ad homines pertinens I 37, 7; unde = περὶ οὗ I 22, 13. Eodem modo res se habet in adverbio ‚inde'. Cuius usum apud auctorem carm. adv. Marc. apparere videmus perraro /: III 7, V 5, 109, 179, 184 :/, in Commodiani libris occurrere infinitum atque immodicum, I 17, 14; 24, 14; 29, 15; 34, 15; II 6, 6; 18, 20; 23, 1; 35, 10; A 851; I 25, 7; 37, 8; 41, 13; II 24, 8; I 36, 2; 36, 11; II 2, 18; II 30, 4; I 40, 8; 36, 4; A 116; 169, 192, 211; 698, 824, 842, 892, 898, 909, 927. porro repperi A 330, 496 abinde, II 30, 16 subinde, A 43, 567 exinde; II 8, 4 proinde. Inde maiora quoque proficiscuntur argumenta; nam adverbia, quae a Commodiano saepe usurpata reperimus, aut numquam aut perraro posita esse videmus in Pseudotertulliani carmine. Jam convenit in illius usum, quod Rönsch /: Itala und Vulgata. edit. sec. Marburg 1875 :/ p. 473 de Italae sermone iudicat: Bei der Bildung der Adverbia tritt besonders die Substituierung der Endungen

‚ter' und ‚tim' für ‚e' hervor. Et legimus adverbia in ‚ter' desinentia in Commodiano haec: carnaliter A 403, dupliciter I 26, 16; frequenter I 36, 2; feliciter A 878, festinanter II 32, 17; gentiliter II 16, 19; graviter II 7, 8; 7, 11; insatiabiliter I 29, 2; latenter A 767; leviter A 971; molliter A 1019; pariter I 41, 20; II 2, 6; A 799; A 939, patienter A 416, perseveranter A 676 prudenter II 32, 3; qualiter I 31, 2; II 19, 2; A 57, 547, 550, 743, 798; taliter II 19, 9, A 234, 360, 413; similiter I 1, 4; 6, 18; 23, 6; II 6, 6; 30, 9 A 246. simpliciter II 23, 20; suaviter A 331; vigilanter I 9, 13 /: Ad eam rem conferas quaeso: Osthoff: die lateinischen Adverbia auf ‚iter'. Archiv f. lat. Lex. IV 455 sqq :/. At in carmine advers. Marc. non inveniuntur nisi haec quattuor: breviter (V 4), fortiter I 207, V 74; pariter III 200, 225, IV 44, V 50, 146, 163, 191; specialiter V 137; taliter III 143. Haec adverbia in ‚ter' exeuntia Pseudotertullianus consulto vitasse aliamque formam anteposuisse videtur. Veluti numquam adverbium ‚similiter' adhibuit, sed ubique scripsit: ‚simili modo, simili ratione' /: II 146, III 7 :/ et porro legimus: ‚difficile poterimus dicere' /: III 220 :/ pro ‚difficulter' /: cf. Neue II^3 586 :/. III 143 scripsit quidem ‚taliter egit', sed III 128 prostat: ‚talibus laudabilis egit', ubi adiectivum pro adverbio positum est. Item in I 178 V 236: patiens deus donat; sustinuit patiens /: cf. Naegelsbach Lat. Stil. 0^7 1881 § 82 :/. Alia exempla sunt: V 139 Christus caro nasci venit /: cf. Commod. A 403 carnaliter nasci :/. Huc etiam spectat: IV 121 pars aedis aperta patebat. Atque Oxè in prolegomenis affert in indice p. 48 sub voce ‚mens' haec: ‚mente' ablativus cum adiectivo iunctus paene idem valet atque merum adverbium /: rarement :/. verbi causa haec appono: II 86 si sceleri primordia mente recurras. adde II 183, III 74, 83, 116, V 89.

Denique non indignum est memoria III 258 servili specie. Adverbiorum autem, quae in ‚tim' finiuntur /: cf. Neue II^3 p. 549, Arch. f. lat. Lex. VII 485—507; VIII 77—110 :/ legimus in instructionibus et in carmine apolog.

haec: confertim A 851, furtim I 5, 7; gradulatim II 19, 11; passim A 46, 690; partim A 1027; paulatim A 43, 163; raptim A 64; statim II 14, 11; A 12, 236; 561; In carmine adv. Marc. exstant ter tantum: furtim III 289, V 83; paulatim II 156; passim I 68, III 256, 299, IV 135, V 48. Pro ‚statim', quod in carmine Commodiani saepius scriptum legimus, Pseudotertullianus ubique posuit aut ‚protinus' I 4, 53, 68, aut ‚extemplo' III 109. Adverbia quaedam Pseudotertullianum sprevisse coniectura assequi liceat. Rursus autem a Commodiano saepissime usurpatum cognoscas adverbium ‚certe', quod interdum eandem habet potestatem atque ‚utique'. I 12, 1; 26, 16; 26, 37; 27, 15; II 10, 11; 20, 4; 31, 2; A 35, 381; 431; 745; certe = utique: A 69, II 30, 15; ‚certe' habet intellectum, qui germanice significat ‚oder aber, oder auch' II 1, 11. A 785, 857. ‚Certe' non minus proprium esse opinor Commodiani sermonis quam ‚utique', quod nostro vocabulo respondet ‚doch wenigstens, gewiss'. I 6, 6; 11, 11; 13, 5; 13, 6; 26, 20; 30, 14; 34, 7; II 15, 4; A 22, 717, 738, 1056; neutrum adverbium in Pseudotertulliano legi.

Non neglegenda sunt adverbia temporis ‚nunc, tunc', quae Commodianus amat ita, ut ea posuerit saepissime et saepe quidem ita, ut ‚tunc' nostro vocabulo respondeat: dann ‚von der Zukunft'. Jam exempla adhibeamus: I 9, 5 vos extunc estote parati; I 9, 7 vos tunc saltate securi; II 12, 2 incipe tunc ergo. adde I 41, 5; II 3, 4; I 29, 19; 34, 2; 37, 14; 41, 12; II 1, 21; 1, 44; 3, 4; 4, 3; 4, 4; 37, 4; 39, 10; A 145; 146; 212; 664; 793; 815; 836; 846; 851; 879; 885; 903; 924; 941; 993; 1007; 1013; 1041. ‚Tunc' praeteritum tempus exprimit in I 9, 17; A 13, 171; 467; 559, 659.

Pseudotertullianus ‚qui ‚tunc ‚nunc' perraro usus est, non a legitima consuetudine recedit: tunc: I 18, IV 46, V 55; 145, 163; nunc I 105, 175, 235, 236; III 249; V 68, 112; Magni momenti autem est, quod adverbium ‚modo' quindecies in instructionibus idem valet atque

‚nunc‘, at in carm. ad. Marc. ea significatione nunquam adhibitum est /: cf. I 3, 14; 4, 8; 6, 18; 7, 21; 18, 10; 25, 7; 29, 11; 36, 16; 37, 20; A 79, 244; 344; 712; 780 :/. Similiter res se habet in particulis. Quod autem ad particulas conclusivas attinet, particulam ‚ergo‘ frequentissime ab utroque poeta positam videmus. Sed praeter ‚ergo‘ usurpavit Commodianus saepius ‚idcirco‘ /: I 27, 18; 37, 4; II 8, 10; 27, 2; 31, 7; A 38; 113; 260; 363; 948 :/; et ‚ideo‘ /: II 1, 28; 10, 5; 19, 20; 21, 11; 32, 11; A 14, 466 :/.

Quas particulas Pseudotertullianus consulto evitasse videtur. Ex contrario hic usus est ‚igitur‘ /: IV 215, 230 :/, quod Commodianus nusquam usurpavit. /: De ‚idcirco‘ cf. Arch. f. lat. Lex. IX 566 :/ Inter particulas copulativas ‚et, que‘, quamquam vix quidquam discriminis intercedere videtur in utriusque poetae carminibus, hoc tamen negari non potest Commodianum saepius ‚et‘ admisisse quam ‚que‘, Pseudotertullianum cum illo comparatum frequentius posuisse ‚que‘ /: Commod. adhibuit in versibus 2117 ‚que‘ fere septuagies, Pseudotertull. in versibus 1302 centies et septuagies fere :/. Unde dilucide apparet illum magis ‚et‘ anteposuisse particulae ‚que‘, hunc magis ‚que‘, quo ad quintum pedem hexametri explendum saepius usus est. /: cf. Oxé Cento p. 17 cap. 2 :/; Neque neglegendum est ‚atque‘, quod in Commodiani versibus raro adhibitum cognoscas /: I 11, 1; 30, 17; A 770, 883, 1007 :/, contra Pseudotertullianus hanc particulam adamasse videtur /: In vers. eius invenitur vicies septies :/. Particulam ‚neque‘ raro positam videmus ab utroque poeta; tamen non indignum est memoratu in instr. et carm. apol. ‚neque‘ in omnibus hexametri pedibus positum esse, in carm. adv. Marc. non nisi in pede quarto versus. Haec collegi exempla: I 69 verbum[4] nĕqŭe[5] voce; II 34; 99; 223; III 189; IV 54; 226; V 61, 153. conferas quaeso omnes locos apud Commodianum: I 2, 13 (5); II 1, 25 (5); 3, 13 (5); 9, 5 (5); 16, 12 (4); 16, 16 (2); 23, 17 (1); 31, 13 (2);

35, 1 (5); 35, 21 (5); A 353 (3); 854 (5); 918 (1); 947 (4); 973 (1).

Casuum munera sermone latino urbano certis legibus constituta inter se commutandi studium aut saltem inconstantiam quandam in eis adhibendis a scriptoribus et poetis inferioris aetatis ortam esse dilucide quoque ex utriusque poetae carminibus perspici potest. Sed aliquantum discriminis inter eos intercedere nemo negabit, qui accuratius eorum carmina perspexerit. Haec vero exempla singula non multum valent, valent plurimum, si spectes universa. Velut imprimis nobis in ablativo occurrit ablativus temporis, qui apud Commodianum haud raro cum praepositione ‚in' coniungitur: I 6, 10 in istis temporibus; I 21, 10 in brevi; I 41, 10 in septem annis; II 2, 17 in annis mille; A 822 mensibus in quinque; A 920 in quo sint tempore. Hic ablativus apud Pseudotertullianum nunquam pendet ab ulla praepositione. Multo maiora autem argumenta praebent paucae praepositiones. In instructionibus enim et in carmine apologetico praepositiones ablativum regentes coniunctas cognoscas cum accusativo saepe: A 813 cum multa milia gentis, A 895 cum milia multa /: cf. Kaulen, Handbuch zur Vulgata p. 207 Anm.; Rönsch, Itala und Vulgata p. 409 :/; I 27, 19 de dei secreta; II 4, 8 de mare nil remanet /: cf. Georges, Lex. d. l. Wf. :/; A 708 de sua facta; A 932 de Persida homo /: cf. Schneider p. 15 A. 2 :/, II 5, 10 non sine damna /: cf. Schneider p. 6 sub voce damna :/; I 7, 11 sub fata viventes; I 17, 3 subornant sub mysteria falsum; I 26, 36 sub tartara planges; I 29, 11 vivitur in Dei secreta. Huius licentiae nullum exemplum occurrit nobis in Pseudotertulliano.

Etiam in temporibus abhorrere a Commodiani sermone carminis adversus Marcionem videbimus sermonem. Pseudotertullianus quidem ea forma, quae constat e participio perfecti et ‚fui' bis tantum usus est pro participio perfecti et forma praesenti verbi substantivi ‚esse'. /: cf. Neue, Formenlehre II p. 355 sq. :/ I 222 quid fuerit conversa; II 170 quotquot fuerant icti; II 248 cuius fue-

rant homines virtute redempti. Sed eo frequentiorem hanc formam repperimus apud Commodianum: I 3, 9 artis prolatae fuere; I 5, 2 ut fuit adultus; I 6, 14 lex lata fuisset; I 10, 8 qui fuit mortuus; I 26, 6 hominem fuisse defunctum; I 26, 24 et ego fui moratus; I 33, 2 et ego fui errans; I 39, 10 qui fuit mactatus; I 41, 7 cum fuerit levatus; II 1, 18 quorum facinus secutae fuere; II 3, 8 mala passi fuere; II 9, 3 qui fuerit captus; II 10, 5 fuere promeriti; II 14, 10 maledicta fuit arbor; II 28, 1 si confessus fuerit; A 8 fui factus; A 11 adgressusque fui; A 245 praedictum fuerat; A 251 fui adtonitus; A 364 se missum fuisse; A 421 fuerunt et tenebrae factae. A 423 praedictum hoc fuerat. A 504 in Christo fuerunt facta. A 514 qui fuit secatus; A 566 quo fuerat lancea fixa. A 657 fuerat invitatus; A 658 quod fuit rogatus; A 735 adoptati fuerant. A 742 qui fuerat praedictus; A 825 qui fuerat praeceptus; A 830 qui fuit reservatus. A 1017 qui fuerint notati. Praeterea notandus est in Pseudotertulliano frequens usus ‚praesentis historici' /: cf. Draeger, hist. Syntax I² p. 230:/, cum in carm. apolog. praesens historicum uno tantum loco positum videamus. A 639—646 /: A 48, 51, 221, 222:/. Frequentem autem usum praesentis huius, quod Pseudotertulliani proprium esse videtur, in carmine adv. Marc. testantur exempla haec, quae collegi: I 29—57—95—105; II 64—66; II 80; 201; 181; III 2—6; 22; 235; 268; 280; 282; 283; IV 30—40; 117; V 165—171; 175. Non raro igitur in eodem orationis tenore variant inter se et permutantur perfectum et praesens historicum. Quod cum proprie pro perfecto positum sit, duplicem sequi posse consecutionem temporum et praeteriti et praesentis docet Draeger, hist. Synt. I² 232: I 58, II 70, 73. 76—77; II 89, II 201—202; III 83—84. IV 57—58.

De subordinatione Draeger, hist. Syntax II² p. 229 docet haec: Eine eigentümliche Erſcheinung iſt der Gebrauch von quod im Inhaltsſatz der Verba dicendi et sentiendi' et ibid. p. 232: Hieran mag ſich der bei Kirchenvätern beobachtete Gebrauch ſchließen von quia und quoniam; dieſe Schriftſteller

ſetzen die beiden Partikeln zuweilen ſtatt quod, um einen Inhaltsſatz einzuleiten . . . . . Porro de hac re scripsit Georgius Mayen: de particulis ‚quod, quia, quoniam, quomodo, ut' pro accusativo cum infinitivo post verba sentiendi et dicendi positis. Kiliae 1889. Quem usum nimirum nullo loco Pseudotertulliani carminis invenimus; sed eo multo latius patet hic usus in Commodiani carminibus, qui ei ita inservivit, ut, si quis illius carmina perlegerit, quantum discrepent inter se nostri poetae, is primo aspectu intellegat. Huc spectant loci hi: I 27, 21 et crede, quod Christus reddit; A 141/42 credere suadet, quod veniet tempus; A 56 nec sciunt, quod ab ipso ridentur. A 195—196, dicere iussit, quod Deus depretiatur. A 255 erat scriptum, quod avis sua tempora norunt. A 543—544 nec illud respiciunt, quod cruciarunt. II 29, 5 respicite dictum, quod veritas odia tollit. A 239—240 non respicientes dicta, quod veniret. A 397/98 nec volunt audire, quae dixerunt vates, quod non intellegerent. A 409 audite, quod ipse nutriretur. A 433/34 videte iam ergo, quod gentes fuerint. A 31 aspicite, quoniam brevis est vita. I 17, 10 respicite, quoniam non cogunt; I 17, 13 Ex eo videte, quoniam sunt omnia ficta. I 24, 16 ut credamus ei, quoniam ibi poenae aguntur. I 41, 3 audite, quoniam praedixit; II 14, 8 putastis, quoniam morantur; II 31, 4 polliceor, quoniam vivis. II 34, 4 respicite, quoniam memorentur; A 938 susurrantque, quoniam sint decepti. A 551—552 et quia de tumulis resurgeret, dixerat; porro nobis occurunt exempla coniunctivi omissa ‚ut' coniunctione positi plura in instr. et in carm. apol., nulla in carm. adv. Marc.: I 27, 14 optandum noscas; II 10, 6 adultos hortor, in aula recurrant; II 23, 17 Neque dico vel intimo neci te mittas. A 14 tales hortor ab errore recedant; A 658 fuit rogatus subveniret. A 875—76 praecipiunt procedant. A 168 fecit loquerentur lingua diversa; A 407 Emmanuel vocetur iusserat illos. I 15, 7 perrexit, colatur; II 34, 1—2 congruit in Pascha, laetentur et illi. I 21, 1 Monteses deos dicitis, dominentur in

auro. I 27, 11 qui putas post funera non sis /: cf. Draeger II² p. 281 § 407 als Willensäusserung nach sent. :/. Huc quoque referri debet ‚licet', quae naturam coniunctionis concessivae accepit /: cf. Emory B. Lease, ‚licet' Arch. f. lat. Lex. XI p. 9—26 :/. Hanc coniunctionem numquam Pseudotertullianus adhibuit /: cf. II 100 :/, sed Commodianum adamavisse demonstrabo exemplis his: ‚licet' cum coniunct.: I 8, 1 licet sint praesentanea nobis, erratis; I 27, 2 non effugis, tu licet disponas; I 32, 7 Auro licet cenes, peristi. I 34, 15 non effugies, licet ipse divines. II 19, 19 tu licet sis casta, . . te purgat. II 32, 1 foliorum casus licet et dolum relinquat . . plangere fas est. A 132 sit licet descriptum, non sit . . . A 143 sit licet nunc pulvis, iaceant licet ossa nudata, integratur homo. A 305 sint licet divitiae fruendae, excluderis. A 589 sit licet defensor, sit licet divinus orator, nil morte proficiet. A 894 licet sit fortissimus ipse, implebitque . . . . ‚licet' cum indicat.: I 15, 8 sed deus hic non est, licet fuit fortis in armis. II 10, 3 inproperandum eis non est, licet captivi videntur. A 616 foeda licet res est, sed utilis vitae futurae /: de hac re conferas quaeso Draeger, hist. Syntax II p. 771 § 568 :/. Restat denique, ut ‚iubere' afferam. Commodianus enim ponit modo ‚iubere cum infinitivo', modo ‚iubere, ut', modo ‚iubere cum coniunctivo' omissa ‚ut' coniunctione /: cf. Draeger II² p. 241 :/. At Pseudotertullianus ubique ‚iubere' cum acc. c. inf. construxit: I 163 credere iussit, I 188 iubet lavari; III 180 quem prophetam esse iussit; IV 4 iubet deducere; IV 40 legitimos esse iubet; IV 57 cur iubet sanguine fundi; V 193 fieri quod postea iussit, V 212 iubet ire per undas. Exempla, quae Commodianus praebet sunt haec: I 8, 7 iussit, ne quis adoret; A 61 nec sum doctor iussus ut essem; A 407 Emmanuel autem vocetur, iusserat illos; cum infinit. I 37, 10; II 1, 29; 1, 43; 17, 5; 20, 14; 28, 2; A 195; 516; 649; 659; 870.

In hac quaestionis parte, qua de copia verborum agitur, id potissimum specto, ut de iis vocabulis, quae

non satis apte aut elementis aut syntaxi inseri poterant, separatim dicam. Huc autem omnes eiusmodi referendae sunt formae, quae partim ab altero saepe, ab altero numquam aut perraro usurpatae sunt, partim apud alterumutrum naturalem et principalem significationem permutant.

Substantivum ‚actus, us; actum, i' in instructionibus et in carm. apol. ubique significat ‚iudicium novissimum'. I 27, 1 nec mortuus effugis actus. II 21, 12 legitimus . . non sentit poenas ad actus. adde II 39, 20; I 28, 2. Sed in carmine advers. Marc. ‚actus, actum' non invenitur nisi primaria significatione ‚Tat, Tätigkeit'. I 210 anima deo placuit fortibus actis; III 36 tempora Christi praececinit verbis, actu, virtute, labore. adde III 141; IV 105.

Pro vocabulo, quod germanice significat ‚Stern', suppeditat auctor instructionum ubique ‚astrum' aut ‚stella'. I 7, 9 ab astris; I 8, 3 in astris. A 165 sub astris; A 903 per astra. A 1007 ab astris. A 1011 astra, I 8, 5 stellis, A 1011 stellae; perraro ‚sidus' /: cf. A 422; I 7, 5; 7, 7 :/; at auctor carminis adversus Marc. solo substantivo ‚sidus' usus est: II 510 per sidera; III 154 sidera conclusit; III 5, 154, II 269, IV 186.

‚Aevum' apud Commodianum varium intellectum habet; aevum = aetas /: A 70 aevo maturis; I 6, 4 aevum maturum :/; aevum = vita /: A 309 isto sub aevo; A 136 exitus aevi; A 145 gratia maior tunc erit istius aevi; II 39, 7 in aevo; A 759 luxuria, quae nos pertranseat aevi :/; aevum = saeculum /: I 34, 9 nil nisi vanitas aevi :/; aevum = aeternitas /: I 2, 12 in aevo vivendi; II 39, 14 viventes in aevo; II 39, 21 traduntur poenae in aevo; A 126 qui ferebatur in aevum :/. In carmine adv. Marc. ‚aevum' ubique eandem significationem habet, aevum aeternitas /: I 160 et aevo triginta tribuit caelos. V 106 venerandus in aevum. V 201 unitus gloria et aevo :/.

‚Caligo' vocem Pseudotertullianus semper usurpavit I 8 caligine mersas; I 96 caligine ludere suasos: III 169

hostes caligine cepit. V 171 caligine multa :/. Hanc vocem Commodianus nunquam adhibuit. sed ubique usus est voce ‚tenebrae' /: I 24, 10; II 2, 2; A 421 :/.

‚Crux' et omnia, quae ad eam vocem pertinent, vocabula in Commodiani carminibus repperimus saepius: crux: I 36, 3; I 36, 4; I 36, 9; A 273; 454; 457; 459; 1048: crucifixus A 358, 528; cruciarius I 32, 8. In carmine adv. Marc. vicem vocabuli ‚crux' ubique praestat ‚lignum' : cf. II 64: IV 163: V 154, 168 et alia exceptis III 97. IV 117 : .

‚Saeculum' /: cf. Henry Nettleship: ‚saeculum, saecula'; Arch. f. lat. Lex. IV p. 598 :/ in carm. adv. Marc. declarat idem atque aetas /: I 29 :/. In Commodiano autem duplicem intellectum habet: saeculum = mundus. civitas terrena: I 2: I 22: I 26. 25: II 17. 16: II 18. 1: II 22. 10: II 25, 2; 29, 9. A 605, 829, 1012. saeculum = aetas, vita I 29, 10; I 26, 35; A 312; 672, 704.

Verbum compositum ‚adesse' pro simplici ‚esse' ponere Commodiani proprium est. I 25, 9 tempus adest credendi: I 26. 26 mortemque similiter iudicabam adesse: II 8, 8 fatebor . . unum me ex vobis adesse; II 28, 10 si talis aderit pastor: II 35. 13 Domus orationis adesto. II 37, 7 vos Dominus voluit probatos adesse. A 34 hoc est beluarum adesse : οὐσία :/. A 43 mitior coepit adesse: A 256 populus non me intellexit adesse. A 391 si magus adfuerat. A 803 et sentit unum adesse. Hoc verbum, cuius usus ad cotidiani sermonis genus accedit. Pseudotertullianus primaria tantum significatione usurpavit.

Verbum ‚discredere' in instructionibus et in carm. apol. usitatissimum est: I 1, 3; I 23, 10; I 25, 17; I 29, 15; II 24, 3. A 556. Nullo loco hoc verbum in carm. adv. Marc. reperitur. sed ubique positum est ‚non credere' /: II 221, 222 etc. :/.

Item verbum ‚prophetare' a Commodiano frequentatum est: I 6. 13; 18, 9: 18, 19; 19, 13; A 271: 481. 833: 839. Eo verbo Pseudotertullianus numquam usus

est, sed semper scripsit: I 34 praesaga voce loquuntur; III 36 praececinit; IV 181 praedixit et alia.

Locutio ‚ascendere caelum' adhibita est a Commodiano /: I 6, 22; A 166; 449; 577 :/. Pseudotertullianus scripsit ‚conscendere caelos' V 247.

Subiungere mihi liceat hoc loco, quomodo uterque horum poetarum vocabulum ‚mors, mori, mortuus' circumeat. Commodianus posuit pro ‚mors' II 32, 1 ‚casus'; I 27, 10 ‚cineres'; I 20, 4 ‚letum'; pro ‚mori' idem II 1, 27 ‚recedere'; pro ‚mortuus' ‚defunctus': I 2, 6; 3, 13; 6, 10; 12, 7; 20, 4; 23, 10; 24, 4; 26, 6; 26, 27; 26, 37; 27, 2; 27, 4; 37, 2; II 32, 15; 33, 4; 33, 10; 33, 12; A 142, 786. Pseudotertullianus, qui his locutionibus poeticis usus non est, posuit pro ‚mori': ‚perimi' III 189, III 238, I 114 /: cf. Comm. I 26, 29, A 517 :/; II 220 ‚solutum revocare'; IV 56 ‚mors immatura resolvit.'

Dissimillimum igitur esse satis constat carminis advers. Marc. sermonem Commodiani sermoni. Atque convenire Waitzii iudicium in illum nemo negabit partium studio liberatus: /: Waitz p. 92 :/ ‚Er hat 5 lateinische Gesänge gedichtet, die, wenn auch nicht im klassischen Latein gehalten, doch eine nicht gewöhnliche Gewandtheit in der lateinischen Sprache voraussetzen und bekunden.' Exempli causa affero versus I 45—57; I 125—137. Cum illo iudicio conferas quaeso Gennadii de Commodiano iudicium: ‚Commodianus scripsit mediocri sermone quasi versu .... Unde vili satis et crasso, ut ita dixerim, sensu disseruit'. Porro non indignum est memoratu carminis adversus Marcionem auctorem non copiosam sibi supellectilem verborum comparasse, sed non verbis aut vocabulis usum esse nisi et notissimis et usitatissimis, ut recte iudicaverit Hückstädt p. 11: ‚Er ist völlig arm an neuschöpferischer Kraft', sed Commodianum ita ad vulgarem sermonem aspirasse, ut sermonem patrium ditaverit et nova rerum nomina protulerit, ut Horatii verbis utar.

Praeterea autem, si quis omnem verborum compositionem et structuram versuum et enuntiatorum, quae apud utrumque poetam occurrunt, attente perlustraverit, quam sint diversae quin intellegat, dubium non est. Commodianus enim versus ita scribere solet, ut binis versibus sententiam comprehensione complectatur ob eamque rem simplicia tantum adnectat enuntiata. /: Guilelmus Meyer, Acrosticha, Reim und Versgruppen bei Commodian, Abh. d. k. b. Akad. d. Wiss. Bd. 17 p. 303. :/ Pseudotertullianus autem, quamquam saepe enuntiatis simplicibus eum uti natura fert, quae aliquando accumulat et adnectit, tamen vel saepe longas sententiarum continuationes adhibere solet, quod exemplis concludas volo IV 184: Hanc aram dominus dixit, qua munera, si quis offert, ut primum pacem cum fratre retractet, sic demum flagrare preces ad sidera possunt. I 204: Nec velle illicite dominum culpare docendo, suscitet ut qui animam, tamquam sit passa ruinam, liberet a morte et viventi facta maneret, copia de solo merito, quia fortiter egit. et quae sunt reliqua. I 201—04; II 13—25; II 70—75; I 9—24; IV 1—9.

Jam vero contemplemur singula, quae continentur in illis carminibus. Ac primum quidem comparentur inter se extrema ea, quae, cum Christus in cruce suffigeretur, acciderunt, quam varie ab utroque poeta describantur. Commodianus quidem scripsit in versibus 421—422: ‚Fuerunt et tenebrae factae tribus horis a sexta festinavitque dies inducere sidera noctis.‘ At Pseudotertullianus in versibus V 171—75 haec exposuit: ‚Caligine multa exspirante deo tacite de corpore carnis, in tenebris tremefacta dies cum sole refugit, bis fuit una dies, mediam nox atra coperuit.‘ Haec verba quantum distent, non difficile est intellectu. Hac tam varia cogitatione qua uterque horum poetarum ea extrema, quae Christo moriente acciderunt, sibi finxit et versibus expressit, dilucide comprobari equidem puto poetam non esse unum eundemque /: cf. Berliner philol. Wochenschrift 1897 Nr. 1 Spalte 16 A. 1 :/ /: Berliner philol. Woch. 1902 Nr. 30 Spalte 936 /: Recension. :./

Huius rei mihi quidem sunt etiam magna argumenta, quae Waitz p. 133 redarguere conatus est atque refellere, versus hi: carm. apol. 221: „. . . lapidant Hieremiam erecti.' carm. adv. Marc. III 179 sqq. ‚Sanctus Hieremias . . . nulla morte virum constat neque caede peremptum.' Hanc discrepantiam, cum Waitz non ita redarguere possit, ut in eo acquiescas, ex eo ratiocinari audeo, quae contraria sunt quibus Waitz p. 133 dixit, auctores carminum non esse eosdem.

Tum vero non praetermittendum est comparare, quomodo uterque sacris litteris usus sit. Commodianus enim librorum divinorum verba ipsa affert in carminibus suis, ut id ipse proloquitur verbis his A 547 sqq.: ‚non de mea voce, sed dicta prophetica dixi.' Et legimus saepissime locos velut hos: A 369 ex Israel . . . legimus; 370: et homo est, inquit; 371: Hieremias ait; 373: Esaias autem; 377: et psalmus quartus quadragesimus inquit; 379: et alibi legimus et alia. Rursus autem Pseudotertullianus, quamquam saepius sententias ex sacris litteris mutuatus est, numquam prophetarum verba ipsa et apostolorum adhibere solet, sed, quae illi dixerunt, ea verbis suis reddit /: cf. II 182/83; II 258, 262; III 11; IV 102 etc. :/ Accedit, quod Pseudotertulliani proprium est, quae in vetere testamento exposita sunt, ea non proprie interpretanda atque per se intellegenda esse docere, sed omnia translate inproprieque commentanda esse /: cf. Bähr, Symbolik I 75 :/. Huic interpretandi rationi tam saepe indulget, ut nauseam nobis moveat, ut ait Oxé ‚Prolegom.' p. 12. Et saepissime legimus voces velut has: typus, species, exempla, imago. Huc spectant II 68, 76, 84, 105, 169, 180, 193, 213 /: cf. Waitz p. 20 :/; III 94, 95, 96 /: cf. Cento p. 18 A. 3 :/; IV 65, 66 sqq., 72, 76, 137, 160, 166 sqq., 173, 182, 201, 215—219; V 5, 13—14. imprimis in libro secundo agi videmus de eis, quae in veteribus et novis legibus consonant, in libro quarto de piaculis obscuris i. e. sacrificia veteris legis fuisse typum, ut ita dicam verae hostiae Christi. Hanc proprietatem interpretandi

non inesse in Commodiano cognoscimus; semel tantum tales interpretationes profert in I 39, 1—4.

Sed quoniam satis fuse de oratione tractatum est, percenseamus illa a Waitzio ex rebus petita argumenta. Qui in libro suo diligenter quidem atque subtiliter perscripsit Pseudotertulliani patriam, aetatem, vitam, fontes, quibus usus erat, denique in capite quinto probare conatus est carmen adversus Marcionem a Commodiano scriptum esse; sed argumenta, quae ille affert, non possunt commovere eum, qui vere legit, cum plurima nitantur coniectura. Quid quod nonnulla argumenta tam futtilia sunt, ut in contrarium se vertant; conferas quaeso, quod Waitz p. 128 A 1 scripsit de diaboli nominibus et pag. 133 de Hieremiae ratione mortis. Item, ut argumenta ex rebus petita nimis opinabilia sunt, ea, quae ad genus dicendi, usum loquendi, prosodiam pertinent, nil momenti habent. Nam Waitz nimirum neglexit hanc legem, ne quis in quaestione de genere dicendi instituenda sermonem ullius operis separare possit a sermone ceterorum aequalium, qui in eodem quod colebat genere excellebant, cum de sermone omnes inter se connexi sint et apti /: cf. Teuffel, Gesch. d. röm. Lit. 3. Aufl. § 403 Abs. 6 /:. Si autem Waitz p. 143—48 cap. 11—23 affert haec: p. 145 Nr. 14: ‚Beide haben die gleichen Vulgarismen in der Flexion der Substantiva und Adiectiva'; Nr. 17: ‚Beide weichen in der gleichen Weise in den Koniugationen ab.' Nr. 18: ‚Beide haben dieselben Absonderheiten in bezug auf den Gebrauch des Kasus, so z. B. construieren beide ‚in cum ablat.' statt ‚in cum accus.' u. s. w.' necessario fit, ut ea ex sermonis consuetudine petita argumenta, quibus maiorem vim tribuendam esse ille putat, nil sane valeant, cum omnia ea prolata ab illo etiam aliorum aequalium propria sint.

Haec habui de hac re, quae dicerem. Etsi numerus exemplorum, quibus nituntur singuli argumentationis loci, fortasse augeri potest, tamen persuasum mihi est nil praetermisisse me, quod maioris sit momenti ad enucleandam

quaestionem. Totius tractationis autem summam si ducimus, Pseudotertullianum in usu sermonis adhibendo et perpoliendo eundem locum non temere apparet habere quem auctorem instructionum et carminis apologetici, sed multum discrepare ab eo, ad extremum dixerim: Est, quod carmen adversus Marcionem abrogemus Commodiano, quia et prosodia et genere dicendi dissimillimus est Pseudotertulliano. Non repugnabo autem contra Waitzii argumenta ea, quibus Commodianum et Pseudotertullianum affines esse comprobatur.

Curriculum vitae.

Ego Isidorus Koenigsdorfer, qui scripsi ‚de carmine adversus Marcionem quod in Tertulliani libris traditur Commodiano abrogando' natus sum anno 1877 pridie Non. April. in vico ‚Baar' prope oppidum ‚Ingolstadium' in ripa Danuvii fluminis sito patre Isidoro Koenigsdorfer, ludi magistro, eiusque uxore Walburga. Studiosus fidei catholicae ludum frequentavi per quinque annos. Studiis humanitatis me dedi in gymnasio oppiduli Neoburgensis in Suebia Bavariae provincia siti, ubi novem annos versatus sum. Quo gymnasio anno 1897 absoluto cum migravissem ad universitatem Monacensem quattuor annos in studia philologiae classicae incubui. Tribus annis exactis priorem partem exegi examinis publici, quod est de disciplinis philologiae et historiae. Anno post alteram eiusdem examinis partem peregi. Qua in parte hanc quam nunc permitto disputationem arbitrio benigno amplissimi philosophorum ordinis Wirzeburgensis ad rite impetrandos summos in philosophia honores, Regali ministerio eisque, qui praeerant examini illi, diiudicandam dedidi. Examine eo superato gymnasio Erlangensi ut discerem artem puerorum erudiendorum, addictus perrexi emendare atque amplificare hanc disputationem.

Examen rigorosum superavi a. d. V. Kal. Jan. 1905.